
C. Pelargus.
L. Sommer.
de S. Baptismo adversus
Sacramentarios.
Francof. 1593.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]

3,-155.
DA BOX
(LN bis 148)
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS
Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]

DE S. BAPTISMO

Aduerſus noſtri tempo-ris Sacramentarios

SYLLOGE APODICTICA

De qua inſtituetur collatio

σὺν χριστῷ

à

CHRISTOPHORO PELARGO D.

Reſpondente

LAVRENTIO SOMMERO Otthonienſi.

VI. CaL. Febr. anno 93.

Francofurti typis Eichornianis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]

Reuerenda dignitate,
Vera pietate,
Inſigni doctrina,
Conſtantiq; integritate

Viro clariſſimo
M. IACOBO MATTHIÆ
Eccleſiæ Fionenſis, Lolandenſis, Falſtrienſis,
& vicinarum prouinciarum Epi-
ſcopo & Canonico
Ripenſi;

Dn. ac Mæcenati S. ſumme colendo

Gratæ mentis ergô

Sacrum hoc γύμνασμα
conſecrat

Laurentius Sommerus Othon. Danus.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]

Theſis I.

MOnuit nos ipſa θεοφάνεια & baptiſma CHRISTI, cuius conſideratio in hanc potiſſimum anni partem incidit, ut cum de alijs fidei noſtræ Chriſtianæ articulis piê ac placide inter nos contulerimus, de initiali etiam Eccleſiæ noſtræ Sacramento, Baptiſmate nimirum ſacro aliqua theſibus pauciorib. includeremus, quæ et occaſionem τῇ συζητήσει & ſimul τῇ εὐχαριστίᾳ pro tàm paterno DEI in nos noſtrosq́ animo nobis præbeant.

II.

Non hic autem in notatione nominis multa conquiremus, quæ aliunde gnauis patent: quod βαπτίζειν eſt immergere, tingere, lauare: quod germanicum vocabulum tieff ſiue tauff quibusdam pũtatur à טָבַע Ebræo formatum: vel quæ aliæ ſunt nemini opinor ignotæ Etymologiæ, & Synonymiæ, cuiuſmodi: φωτισμὸς, χρίσμα, λύσις, καινισμὸς, λουτρὸν, ἔνδυμα, μυστήριον: quod octo Nazianz. in orat. 4. Paneg. Clemens in Pæd. lib. 1. c. 6.

 apud

apud Damaſcenum numerantur βαπτίσματα: tria ferê apud Latinos, fluminis, flaminis, & ſanguinis, &c. Το τί ἐστι potius, quid reuera ſit, baptiſmus noſter, an homini præter ſignificationem aliquid conferat, & cur infantibus neceſſariò tribuatur, qua licet breuitate expendemus.

Damaſc. lib. 4. Orth. fid. c. 5.

III.

Qui in Sacramentorum virtute labefactanda & conuellenda, ſapientiæ humanæ velificantur, ita ferê Baptiſmum definiunt: quod ſit teſſera regenerationis, gratiæ DEI & ſanguinis Chriſti ſignum: vel tantùm ſymbolum, quo declaretur, bona per Chriſtum parta pertinere etiam ad infantes: ſymbolum, vt Caluinus cenſet, purgationis noſtræ, & ſignum, quo in Eccleſiæ cooptemur ſocietatem: vtq́ Cinglius olim explicuit, huiuſcemodi quidem ſignũ, quo nec detur fides, nec conferatur gratia, nec iuſticia, nec ſalus, nec fiat peccatorũ ablutio. Anabaptiſtæ, quorum Coryphæus quidam Menno Simonis apud Vuiſmarienſes fuit, cuius cum Micronio colloquium Dn. D. Vuigandus in lucem protulit, baptiſmum nec ſignum gratiæ, pacis, remiſſionis peccatorũ & bonæ conſcientiæ eſſe voluit: ſed tantum obedientiæ à DEO mandatæ.

Caluin. ὁρισμοί. Beza contra Caſtel.

Gualth. in præfat. epiſt. ad Rom.
Aret. in ex. Theol.
Cal. in Inſtit.

Cingl. in rat. fid. ad Carol. de Baptiſm.

Menno in Fund.

Vide Vuig. Ana baptiſmum.

Qui

IV.

Qui Apoſtolicam verò doctrinam non ex
ſemiſſe cum aduerſariis, ſed ex aſſe cum Ortho-
doxis ſequimur, Baptiſmum definimus cum
Paulo, lauacrum aquæ in verbo vitæ, lauacrū Eph. 5. 26.
regenerationis et renouationis Spiritus ſancti: Tit. 3. 5.
non improprie, κατὰ μετωνυμίαν, μεταφορὰν, καὶ τροπο-
λογίαν, vt in colloquio Mompelgarti habito in-
terpretatus eſt Beza: ſed PROPRIE, ſine
figurato & variato rationis noſtræ ſenſu. Vo-
camus etiam cum Petro, ἐπερώτημα ſtipulationē 1. Pet. 3. 21. 22
& quaſi contractum bonæ conſcientiæ erga
DEVM, per reſurrectionem I. CHRISTI.
Et recipimus Dn. Lutheri, præceptoris noſtri
ex inſtitutione ipſa & ſubſtantialiū conſidera-
tione ſumtam definitionem, in qua κατ' ἄρσιν pri-
mò negat, ſimplex tantum ad eſſe elementū, & Aug. tract. 80. in Io. tom. 5.
κατὰ θέσιν verbum adiungit, quod principaliter
cum elemento obſeruandum venit ad conſtitu-
endum Sacramentum. Baptiſmus enim non eſt
ſimplex tantum aqua, ſed eſt aqua ſepta man- in Catech. min.
dato DEI, verboq́; DEI coniuncta. Et ba- t. 7. ſerm. de Baptis.
ptiſari, inquit alibi, nihil aliud eſt, quàm roſeo
illo ac precioſo CHRISTI ſanguine lauari
& mūdari. Chryſoſtomi definitio, quæ præcipua

conſiderat effecta, nō improbatur etiam nobis, ὅτι βάπτισμα ἐστιν ἁμαρτιῶν κάθαρσις, ἄφεσις πλημμελημάτων, ἀνακαινισμοῦ καὶ ἀναγεννήσεως αἰτία: neque Caſſiodori: quod baptiſmus eſt fons diuinus quo fideles in nouam creaturam regenerantur: neque aliorum ſanas ſacramenti huius deſcriptiones reijcimus, quales multæ recentiorum ſunt λογικώτεραι, hoc eſt, ad Logicas definitionum leges magis accommodatæ, quæ ex ſuis petantur, cognoſcantur & examinentur libris.

in Orat. περὶ τοῦ βαπτίσματος. in Cant. 7.

V.

Ex antecedentibus autem Apoſtolicis & Orthodoxis finitionibus haud difficulter percipiat aliquis, quid verè et propriè ſit baptiſmus: videlicet non ſignum nudum, teſſera vel Symbolū aut iam collatæ, aut poſt multos demum annos conferendæ gratiæ; quæ apud Caluinianos è iudicio humano nata eſt opinio: ſed propriè, LAVACRVM, nos regenerans et à peccatis abluens, quando videlicet ex mandato Chriſti in nomine Triados ſacroſanctæ, aqua ſalutari, verbo iunctâ, aſpergimur, υἱοθεσίαν & ſalutem, peccatis ſanguine Chriſti ablutis, conſequimur æternam.

VI.

Quia

Quia tamen ſymbolicam iſtam in baptiſmo regenerationem vrgent tantopere Antagoniſtæ: paucula hæc ex ſcriptura, quæ αὐτόπιςος est, collecta, nudè animis cum ipſorum tum noſtris ſubijciamus.

VII.

Apodixis, quod Baptiſmus noſter non eſt eo quo contenditur modo σημαντικὸς: hoc eſt, ſignum Lauacri, &c.

Principio, de Sacramentis noui teſtamenti inter pios & rectè ſentientes, nulla eſt dubitatio, non amplius typos nobis rerumq́ futurarum ſymbola, ſed αὐτοαλήθειαν, ipſam veritatem & rem Sacramenti cum elementis veriſſimè exhiberi. Ideo enim autore Epiphanio, Sacramenta noſtra αὐτίτυπα ſunt, non typica, quod ὄντως, verè nunc fiant, quæ in veteri teſtamento præfigurabantur typicè. Quia verò Baptiſmus noui teſtamenti Sacramentum eſt & circumciſioni, ὥσπερ μεγάλη τις περιτομὴ, vt vocauit Epiphan. ſucceſſit: non typicum amplius, neq́ figuratum erit: vt olim Cataclyſmus, vt circumciſio, vt ablutiones, vt aliæ noui huius lauacri apud veteres vmbræ & picturæ. Si typicum Hebr. 10. v. 1.

cum

cum non eſt, non ſignificabit & adumbrabit ſolummodò ablutionem ſordium animæ noſtræ: ſed reuera eandem conferet, propter autoris voluntatem & ordinationem. Non hic negatum eſto: baptiſmum ſuo loco rectè vocari ſignum, ſymbolum, teſſeram, σφραγῖδα: ἐν τύπῳ *ad mortem veteris & reſurrectionem noui hominis ſcitè accommodari: eſſe in trina etiam merſione*

Aug. in hom. 3. Ambr. lib. 2. de Sacra. c. 7. Greg. Mag. lib. 1. epiſt. 44.

Symbolicum quidpiam, propter Chriſtum tertio die reſurgentem à mortuis & τριάδα *in diuinitate. Sed ſignificari modò hic peccatorum noſtrorum ablutionem aut remiſſionem peccatorum; id verò impugnatum. Hoc enim ſenſu deſiſt, eſſe typus: quod nec Epiphanius tacuit:*

Epiph. pag. 492.

ἀπὸ γὰρ μωυσέως καὶ θαλάσσης ἤρξατο ὁ τύπος, ἀπὸ Ιωάννου ἀνοίγη ὁ τύπος, ἐν δὲ χριστῷ ἐτελειώθη τὸ δῶρον.

2. *In his Apoſtoli verbis: Baptiſmus eſt lauacrum regenerationis, tropus nullus deprehenditur, neq; ſi* πρὸς ὑποκείμενον *ſiue* πρὸς κατηγορούμενον ὅρον *aduertas. Subiectum (baptiſmus) de externa & legitima Sacramenti actione accipitur. Verbum (eſt)* ὑπαρκτικῶς *vſurpatur. Prædicatum verò (LAVACRVM) aſperſionem aut immerſionem quæ fit in aquā, non ſignificatur, comprehendit. Vox* ἀναγεννήσεως

veram

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]

veram & realem regenerationem, quæ tamen carnali opponitur, inſinuat. Proinde tropos & μετωνυμίας quas aſſuunt ſimplici & germano horum verborum ſenſui, ſuis remittimus autoribus.

3. *Expreſſè admodum baptiſmo velut Organo & medio ſalutari tribuitur ſalus æterna, affirmante CHRISTO: qui crediderit &* Mar. 16.16.
baptiſatus fuerit, ſaluus erit. Et: niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non introibit in Ioan. 3.5.
regnum cælorum. Vt verò ſalus, non est ὑπόληψις ocioſa & imaginaria, ſed vere beata & ſempiterna felicitas & complectitur vniuerſa quæ credentibus repoſita ſunt in cælis aut cõferuntur in his etiam terris bona: ita neceſſe erit, Baptiſmum non adumbrare tantum, ſed velut ordinarium regenerationis organon ſiue medium, conferre & attribuere, adeoq́ ὡς σφραγίδα obſignare credentibus ſalutem, οὐ σημαντικῶς, ſed κατὰ τὴν ἀλήθειαν.

4. *Petrus iubet vnumquemq́ in nomine IESV baptiſari in remiſſionem peccatorum,* Act. 2.38.
non quæ ſignificabatur, vel ſubſecutura poſt annos demum aliquot denunciabatur: ſed quæ ſimul tanquam cæleſte χάρισμα huic medio in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]

diuulſe propter inſtitutionem annexum offere-
batur, atque etiamnum hodie donatur omnibus
ad baptiſmum accedentibus. Ita Ananias ad
Act. 22. 16. Saulum, per μετωνομασίαν Paulum vocatum:
ἀναστὰς, inquit, βάπτισαι καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου,
ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου. Exurge & ba-
ptiſare, & ablue peccata tua, inuocato nomine
Domini: vbi Apoſtolus baptiſmo iubetur ablu-
ere peccata, non annis demum ſequentibus re-
mittenda ſed ſimul ac ſuſcipiat baptiſmum, ab-
Mich. 7. 19. ſtergenda, inque profundum maris abycienda.

5. Grauiſſima eſt Apoſtoli ad Galatas &
Gal. 3. 27. fideles Chriſtianos aſſeueratio: Quotquot in
CHRISTO baptiſati eſtis, Chriſtum indu-
iſtis. CHRISTVM induere non eſt perſo-
nam Agamemnonis vel alterius cuiuſpiam
ſumere, non eſt fieri Protea, & nouam ſibi for-
mam inducere: ſed ſalutem, iuſticiam, innocen-
tiam, & integritatem, quæ omnia in nobis ha-
bitans Chriſtus, tribuit nobis, conſequi dono e-
ius & gratia. Quia ergo in baptiſmo indui-
mus CHRISTVM, ipſum ſolem, ipſum
corpus, cuius vmbræ veteribus tantum oſten-
ſæ, omniumque bonorum pariter participes ſu-
mus: quis adhuc ſignis & vmbris prioribus

locus erit? quis quæ præſentia donantur, in multos adhuc annos expectare iubebitur?

6. In baptiſmo effunditur Spiritus ſanctus, qui animas noſtras, ut Cyrillus loquitur, ad hodiernum uſq; diem obſignat in baptiſmo, & ab aqua baptiſmi ſeparari nec poteſt nec debet. Vbi autem S. S. ibi ζωοποίησις, ἁγιασμὸς, ἀνακαίνωσις ſimul adſunt. Ergo neceſſe eſt in baptiſmo verè nos vivificari, renovari, ac ſanctificari: non ſignificatiue, verum effectiuè, ſiue ἐνεργητικῶς.

Ioan. 3. 5. Tit. 3. 5. 6. Cyril. Catech. 10.

1. Cor. 3. 8. Rom. 1. 4. 2. Theſs. 2. 13. Tit. 3. 5.

7. Per baptiſmum recipimur in fœdus DEI, quia in nomen κοινωνίαν & διαθήκην Patris, Filij ac S. S. tingimur. Fœdus autem hoc neutiquam imaginarium aut merè ſymbolicum eſt: ſed huiuſcemodi, quo nobis exhibet & obſignat DEVS gratiam ſuam cœleſtem, atq; à nobis viciſſim requirit, ut abnegemus omnem impietatem & malitiam. Ergo baptiſmus bonorum cœleſtium non eſt σημαντικὸς ſed παρεκτικός.

8. Vtq; in ſacra cœna, (quod apud nos firmiſſimū; ἡμεῖς γὰρ, ut Epiphanij verba uſurpem, ἀπεριέργως καὶ ἀκακουργήτως πιστεύομεν τῷ θεῷ ἀληθεύοντι ἐν πᾶσιν) verè corpus & ſanguis Chriſti exhibetur

Epiph. in Ancorato.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]

betur & ſumitur: ita in baptiſmo vera nobis ablutio & emundatio à peccatis noſtris per aquam ſanguine Chriſti tinctam contingit. Eam enim Analogiam, quæ inſtitutioni conſentit, & præſentiam rerum promiſſarum confirmat, tutò admittimus: quemadmodum magnam inter novi teſt. Sacramenta conſenſionem eſſe vel hoc luculenter docuerit, quod ſimul ex latere Chriſti profluxerunt, vt eſt apud Ioannem 19. v. 34. explicantibus ad eum modum, Cypriano, Auguſtino, & Cyrillo.

Cyprian. de duplici martyr. Aug. lib. 22. de Ciuit. Dei. c. 17. Cyrill. lib. 6. in Ioan. 14. c.

9. *Cur autem tam ſerio, tamq; gravi atteſtatione dixiſſet Seruator, Amen amen dico tibi: niſi quis renatus fuerit* EX AQVA & SPIRITV, *non introibit in regnum cœlorum: ſi non vera, ſed typica ſaltem & vmbratilis eſſet regeneratio: non verè* OMNIBVS *offerretur ſed* QVIBVSDAM *duntaxat, qui electi ſint ab æterno obſignaretur, modò iam oblata ante baptiſmum gratia & ſalus?*

Num. 19. Ex. 24. Ex. 30. 18. 2. Reg. 5. Ioan. 5.

10. *Itane veterum lotiones & aſperſiones, maioris fuerint* ἐνεργείας? *ex concha ærea vel pelvi certior fuerit ablutio? aquæ Iordanis plus contulerint leproſo Naamano piſcina probatica*

batica profuerit plus ægris quam ſalutare no- 2. Pſ.29.10. Zach.13.1.
ſtrum λουτρὸν *& baptiſma: de quo tot ſunt*[a] *præ-* Ezech.36.25. Mich.7.10.
dictiones, cuius tot typi,[b] *quod tot*[c] *miraculis* Eſ.12.9. b. Gen.7.1.
illuſtratum eſt? Pet.3.2. Ex.14. Ios.3. Num.20. Ex.30. c. Matth.3. Act.2.& 10.

VIII.

Quibus omnibus apud animum ſobriè
conſideratis; planum eſt, Baptiſmum homini
conferre, vt ſalutare & à Chriſto inſtitutum
regenerationis noſtræ Sacramentum, ſalutem,
remiſſionem peccatorum & vitam æternam:
non quod Aquæ, ſimplicis putà elementi, ea ſit
vis & efficacia: ſed quia verbo DEI iun-
cta eſt, & quia ſanguis Chriſti per viſibile
hoc στοιχεῖον *verè nos abluit. Quamobrem Lu-*
therus: aquam baptiſmi ſanguine Chriſti mi- 7.t. Vvitemb. pag.377.& 78.
ſtam dicit: eo quod ſanguinem & huius meri-
tum virtutemq́ cum baptiſmo miſcuit ipſe, &
in ipſum quaſi baptiſmum repoſuit, vt ſimul Serm. de Baptis.
nobis donarentur. Sicut Apoſtolus expreſſè 1. Iohan.5.6.
Chriſtum veniſſe dicit per aquam & ſangui-
nem, non per aquam ſolum, ſed per aquam &
ſanguinem. Item: tres ſunt, qui teſtificantur in v: 8.
terra, Spiritus & aqua & ſanguis: & hi tres
in vnum conſentiunt. Quorum verborum Ambros. de his qui myſt. init. c. 4.
interpres Ambroſius, legiſti, inquit quod tres

teſtes in baptiſmate vnum ſunt: aqua, ſanguis & ſpiritus: quia ſi vnum horum detrahas, non ſtat baptiſmatis Sacramentum. Quid enim eſt aqua, ſine cruce Chriſti? elementum commune ſine vllo Sacramenti effectu?

IX.

Auguſtinus etiam vim iſtam ſalutarem Aquæ, non niſi ob expreſſum Inſtitutionis & mandati verbum tribui teſtis eſt, ſcribens: A-

lib. v. de Cataclys. c. 5.

qua illa non ſolum corporis ſordes mundat, ſed animam quoq; peccatis liberat. Debetis autem noſſe cur virtus illius aquæ et animæ proſit, et corpori. nō enim omnis aqua mundat: hæc ſanctificatur per conſecrationem verbi. Tolle enim verbum, & quid eſt aqua, niſi aqua? accedit verbum ad Elementum, & fit Sacramentum. Nam virtus verbi per aquam mundavit nos.

X.

Si antiquitas porrò aſpicienda ſit, nunquam non profeſſam inueniemus, ἀληθέστατα nobis in baptiſmo conferri remiſſionem peccatorum. An non, ait Origenes, ita credimus,

homil. 15. in Ios.

quod omne genus peccati, cum ad ſalutare lauacrum venimus, aufertur? Et Auguſt.

lib. 1. de Symb. c. 6.

Propter omnia peccata baptiſmus inuentus

eſt,

eſt, propter leuia, ſine quibus eſſe non poſſumus, oratio inventa est. SEMEL ABLVIMVR in baptiſmate. Theodoretus quoq;: δωρεῖται τὴν ἄφεσιν ἁμαρτημάτων καὶ τοῦ δεσποτικοῦ θανάτου καὶ τῆς ἀναστάσεως καθίστησι κοινωνοὺς, καὶ τῆς τοῦ πνεύματος δωρεᾶς τὴν μετουσίαν χαρίζεται, &c. ne Baſilij, Chryſoſtomi, aliorumq; Græcorum producam teſtimonia.

vide in hom. 42.

in Epitome θείων δογμάτων.

XI.

Ac tum demum in filios DEI adoptari nos vbiá peccatis in baptiſmo abluimur, pulcerrimè confirmat Cyrillus ille Hieroſolymorũ Archiepiſcopus (alius enim est Alexandrinus) in Catecheſi dicens: Si & tu non ſimulatam habueris religionem, deſcendet in te S. S. vox tibi paterna deſuper intonat: non hic est filius meus, ſed quod nunc factus est filius meus. In Christo enim ipſum est eſſe, quoniam in principio erat verbum, & verbum erat apud DEVM, & DEVS erat verbum. In illo est eſſe, quandoquidem est filius DEI. In te vero nunc factum est, quoniam non ſecundum naturam, ſed iuxta alienam authoritatem habes adoptionem.

Catech. 5. Illuminatorum.

Non

XII.

Non obſcura ſunt, de quibus agimus. Obijciunt tamen; Fidelium liberos iam ſanctos eſſe ante lauacrum Regenerationis, quia Apoſtolus dixerit, filij veſtri ſancti ſunt. Iamdudum verò Auguſtinus paralogiſmo huic obviam ivit, demonſtrans, quicquid ſignificetur per iſtam filiorum ſanctitatem, non poſſe vllo modo intelligi, quod aduerſarij volunt, filios fieri ſanctos ſine baptiſmo. Atq; Ambroſius, concinnè ſatis, de ſanctitate quadam ciuili Apoſtolum loqui oſtendit, quod videlicet legitimi, non ſpurij ſint. Tertullianus verò coniugum iſtorum, quorum alter infidelis, alter fidelis ſit, liberos eſſe ſanctos dicit, quia à fideli conſecrentur & offerantur DEO per baptiſmum.

1. Cor. 7. 14.

lib. 3. de peccat. merit. remiſs. c. 12.

lib. 2. ad vxor. Hier. in Iov. lib. 1.

XIII.

Quod inferunt, promiſsionem gratiæ quæ facta eſt Abrahæ & poſteris eius, pertinere ad ipſos quoq; infantes nullo modo inficiamur, at miramur fallaciam tàm inſignem, quod diuellunt promiſsionem ab ipſo fœdere ſeu pacto, quod erat circumciſio, ſicut textus apertus: Hoc eſt fœdus meum, omnis maſculus vobis cir-

Gen. 17. 7.

bis cir-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]

bis circumcidatur. *Voluit enim* DEVS *promiſſionem ſigno ipſi externo ſemper annexam eſſe: quamobrem ſubtracturum ſe quoque gratiam, quam promiſerat, neglecta circumciſione, graviter interminatur, inquiens: Incircumciſus, qui non circumciderit carnem præputij ſui, anima illius exterminabitur de populis ſuis,* ἐξολοθρευθήσεται καὶ ἀφανισθήσεται, *ut Græci tranſtulêre. Nec ignotum eſt, â Petro coniungi in Actis & promiſſionem ipſam & Sacramentum baptiſmi. Idcirco iubet* Act. 2. *ipſe baptiſari in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum: ſubijciens, vobis enim facta eſt promiſſio & liberis veſtris. Vnde rectè adverſus Sacramentarios concludas: tum demum liberis noſtris* DEVM *fore propitium, ubi per baptiſmum,* ἐπερώτημα ἀγαθῆς συνειδήσεως *in fœdus illud compromiſerint, viciſſim ſtipulati, quod hunc unum non alium in cœlis agnituri ſint* DEVM, *& Patrem, qui ſe in baptiſmo, cum Filio & S. S. illuſtriſſimè patefecit.*

XIV.

Sed obmurmurat fortè quiſpiam exiſtimans profanari baptiſmum cum ei detur, qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]

ad Chriſtum non pertineat, quomodo ſigillum regium, ſi falſum eo ſignetur diploma, dicatur profanari? Reſpondeo: liberos noſtros non ſic ad Chriſtum ante baptiſma non pertinere, vt ſimiles Turcicis vel Ethnicis alijs ab Eccleſiæ ianua priusquam fidei confeſſionem adulta ætate edant, arcendi ſint. Ipſi enim Saluatori fidelium parentum precibus in vtero offeruntur, & ad promiſſionem iſtam generalem, quamvis adhuc ἀδιορίςως, ſpeciali nondum interveniente pacto, applicatione & ὑοθεσία, referuntur. Non pertinent autem ad Chriſtum, ſi ſanctos, ſi ſine peccato & ſine baptiſmo iuſtos dicas. Pertinent ad eum, tanquam ægri ad Medicum, tanquam captivi ad redemtorem, quibus in baptiſmo conferenda & attribuenda eſt ſeorſim & in ſpecie ſalus remiſſio peccatorum & vita æterna. Neq; valet: Baptiſmus datur immundis. Ergo & ipſe fit immundus. Immò potius, quia ſanctificat & purgat immundos, ſanctum ipſum purumq; eſſe & manere oportet: alioqui & Solem inquinari & res ſacras contaminari, eodem modo neceſſe foret.

At

XV.

At ſine circumciſione, inquiunt, ſalutem multos fuiſſe conſecutos credimus. Et ſine baptiſmo cur ſalui non ſint infantes? Expedita eſt ſolutio, aliter ſtatuendum, ſi de caſu neceſsitatis, aliter ſi extra iſtum caſum loquaris de vſitato atq́ diuinitus monſtrato ſalutis veræ medio: ad quod DEVS *nuſquam ita alligatus eſt, quin ex infinita ſua, infinita inquam &* ἀκαταλήπτῳ *miſericordia in gratiam recipere poſsit piorum liberos etiam ante regenerationem ex aqua, denatos: quemadmodum de maſculis olim ante octiduum morte decedentibus credere iubet ipſa* DEI *benignitas &* φιλανθρωπία. *Interim verò hæc premenda ſunt veſtigia, quæ* DEVS *verbo ſuo ſignavit, eiq́ inſiſtendum viæ, quæ regia eſt maximeq́ certa: quò grati ſimus pro præſentibus, non ſuperbi ob latentem & inexhauſtum divinæ bonitatis theſaurum. Nec enim Auguſtino hic aſſentiri poſſumus, quod alicubi liberari non poſſe infantes ab ira* DEI *opinatur, quam remedio baptiſmi, ſed tamen damnationem ipſorum fore mitiſsimam. Hic*

lib. 5. de Orig. an. ad Hier. c. 5. lib. 1. de peccat. m. r. & remiſs. c. 16. lib. 2. de an. & eius orig. ad Pel. c. 12.

enim eidem *Auguſtino* eundem ipſum oppo-
namus, dicentem; quod non privatio ſed
contemtus Sacramenti damnet. De alijs,
quos non caſus quiſpiam ſubitus & inevi-
tabilis abripit, immota eſt Saluatoris ſen-
tentia: niſi quis renatus fuerit ex aqua &
ſpiritu non introibit in regnum cœlorum,
hoc eſt, neq; Eccleſiæ veræ membrum erit,
quam nemo intrat, niſi per Sacramentum
remiſsionis: neq; membrum Chriſti erit,
quia veriſsima pij doctoris *Aug.* admonitio
omnibus Sacramentarijs diligenter inculcan-
da: Cedite veritati & videte, ſicut fieri po-
tuit, vt de Chriſtianis non Chriſtianus, de
membris Chriſti non membrum Chriſti, atq;
vt etiam occurramus omnibus qui licet fal-
ſo, tamen quocunq; religionis nomine deti-
nentur, de conſecratis non conſecratus, ita et-
iam fieri, vt de mundatis non mundatus na-
ſcatur. Quid reſpondebitis, quare de Chriſti-
anis non Chriſtianus naſcatur, niſi quia non
facit generatio, ſed regeneratio Chriſtianos?
Neq; regni cœleſtis in altera vita particeps e-
rit. Non enim quæ verba huc κάτ' ἑρμηνείαν
accom-

Aug. lib. 33. contra Fauſt. c. 16.

contra Pelag. lib. de nat. & grat. lib. 3. c. 9.

accommodat Cyrillus; quicunq; dicit Domine Domine, ſed qui facit voluntatem Patris mei, regnum cœlorum poſſidebit. Voluntas autem Patris eſt, vt Spiritum S. homo ſuſcipiat, & inaudito nouoq; modo regeneratus, cœlorum ciuis efficiatur. Cyrillus. lib. 8. c.40. in Ioan.

XVI.

Firmiſſimum ergò: infantibus noſtris opus eſſe S. baptiſmo, non vt ſymbolo tantum, ſed vt lauacro, quo à Propatoricis ſiue originalibus & in humana natura hærentibus atq; ſe deinde exerentibus peccatis mundentur, & filij DEI fiant, ac cohæredes CHRISTI. Quod quia fuſè apud alios demonſtratum, prolixa non eget confirmatione. Si quid tamen πλειωότερον requiri fortè poſſit, in ſolutione et explicatione argumentorum, dabitur vberius diſſerendi occaſio.

Paulin. de Baptiſmo.

Hic reparandarum generator fons animarum
Viuum diuino lumine flumen agit.
Sanctus in hunc cælo deſcendit ſpiritus amnem
Cæleſtiq; ſacras fonte maritat æquas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]

Concipit vnda Deum, ſanctamq́ liquoribus almis
Edit ab æterno ſemine progeniem.
Mira Dei pietas. peccator mergitur vndis,
Mox ab ea emergit iuſtificatus aqua.
Sic homo & occaſu felici functus & ortu,
Terrenis moritur, perpetuis oritur.
Culpa perit, ſed vita redit, vetus interit Adam,
Et nouus æternis naſcitur imperijs.

CORONIDIS LOCO TVE-
bimur etiam ſequentia hæc.

I. Infantem nondum integrè ac perfectê natum, non poſſe renaſci.

II. Turcarum Tartarorum & aliorum infidelium liberos, non admittendos ad baptiſmum ante cognitionem & confeſſionem fidei noſtræ in ætate adultiori.

III. Conditionalem Baptiſmum Alexandri Papæ: ſi es baptiſatus, non te baptiſo: ſi nondum, baptiſo ego te in nomine Patris, Filij & S. S. non eſſe recipiendum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]

IV. Baptiſmum in caſu neceſsitatis á mulieribus adminiſtrari poſſe.

V. Exorciſmum, vt in noſtris ille Eccleſijs obſeruatur, eſſe fidei noſtræ aliquam aduerſus Diabolum Exomologeſin.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 148 [3,-155 4°]